



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iudicium De Articulis Confessionis Fidei Anno M. D. XXX.
Caesar. M. Augustæ exhibitis, quatenus scilicet à
Catholicis admittendi sint aut reiiciendi**

Hoffmeister, Johann

Coloniæ, 1559

VD16 ZV 17723

De Magistratu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34289

ARTICVLVS XV.

quæratur Deigloria & Ecclesiæ decor, &
propter dissimiles ritus concordia non im-
pedietur.

DE MAGISTRATV
Articulus XVI.

DE rebus ciuilib^o docēt, quod
legitimæ ordinationes ciui-
les sint bona opera Dei, quod Chri-
stianis liceat gerere Magistrat^o, ex-
ercere iudicia, iudicare res ex impe-
ratorijs, & alijs præsentibus legib^o,
supplicia iure cōstituere, iure bella-
re, militare, lege contrahere, tenere
proprium, iusiura ndum postulanti
bus Magistratibus dare, ducere vxo-
rem, nubere.

Damnant Anabaptistas, qui in-
terdicunt hæc ciuilia officia Chri-
stianis. Damnant & illos, qui Euan-
gelicam perfectionem non collo-
cāt in timore Dei & fide, sed in de-
seren-

ARTICVLVS XVI.

serendis ciuilibus officijs, quia Euā gelium tradit iustitiam æternā cor dis. Interim nō dissipat Politiam & Oeconomiam, sed maximè postulat conseruaret anquām ordinatio-nes Dei, & in talibus ordinationi- bus exercere charitatē. Itaq; necef- sariò debēt Christiani obedire Ma- gistratib⁹ suis & legibus, nisi cū iu- bent peccare, tunc enim magis de- bent obedire Deo quām homini- bus, Act. 5.

F. Ioan. Hoff.



ANC doctrinam de Magi- stratu & ciuilibus officijs ab Ecclesia mutuati sunt, quæ non nostris, sed illorū Discipulis Carlstadianis & Anabaptistis, quīs talibus officijs Christia- nis interdicunt, aduersatur. Appendix hu- ius articuli inuehitur in monachos, quo au- tem iure, quāue iniuria ipse Philippus vi- derit: & non nihil hac de re dicemus, cum ad votorum rationem peruentum fuerit.

L 3 Pro-

ARTICVLVS XVI.

Profecto nullivnq; Monachi sic cōtempse
runt Cæsarum, Regum ac Principum le-
ges, atq; Aduersariorū nostrorum discipu-
li: neque villo tēpore minus obtemperatum
est, & diuinis legibus, & humanis, atq; ab
infeliciter exorto Aduersariorum Euange-
lio: hoc quod etiam ipsi iam olim conque-
sti sunt. Et optādum foret, vt vel hodie au-
dirēt saniores Principes, iij inquam, qui ali-
js inobedientiam nunquām non obijci-
unt. Tantum abest vt Monachi superiorū
legibus aut potestatibus aduersati sint, vt
etiam non nisi illorū autoritate & potesta-
te se tutos fore existimēt: nisi fortassis Ad-
uersarij indignū Cæsare arbitrātur, Mona-
chorum agere patronū, defensorē & tuto-
rem. Sed de hoc plus satis. De perfectione
Euangelica sic sibi constat Apologiæ Dy-
dalus, vt non sit necesse pluribus responde-
re. Quæ nobis sunt Euāgelica consilia, Phi-
lippo disputanti contra Monachos, sunt
præcepta, & rursum disputaturus contra
Anabaptistas, ex ijsdem præceptis facit
consilia: ex quibus videmus quo animo,
quóue spiritu ducetus Philippus scripsit.

Quæ

ARTICVLVS XVI.
Quæ hic desiderantur, in sequentibus ad-
iiciemus.

DE SECVndo CHRI-
sti aduentu, Articulus
XVII.

ITem docent, quod Christus ap-
parebit in consummatione mū-
di ad iudicandum, & mortuos om-
nes resuscitabit, pijs & electis da-
bit vitam æternam & perpetua gau-
dia, impios autem homines ac dia-
bolos cōdemnabit, vt sine fine cru-
cientur.

Damnant Anabaptistas, qui sen-
tiunt hominibus damnatis ac dia-
bolis finem pœnarum futurum es-
se. Damnant & alios qui nunc spar-
gunt Iudaicas opiniones, quod
ante resurrectionem mortuorum,
pij regnū mundi occupaturi sunt,
vbiq; oppressis impijs.

L 4 F. Ioan. Hoff.